

1737

P O L E M I C I

1738

Mi frater, si cupias scire, quamuis ego nesciam &c. Indicavimus illud alias. A Maurianis in T. VI. Append. col. 193. rejectum est.

VII. fol. 246. Incipit Augustinus de karitate dei. Initium: *Diuiinarum scripturarum multiplicem habundanciam latissimamque doctrinam sine ullo errore comprehendit &c.* Est T. V. edit. Maur. Sermo CCCL. col. 1348.

VIII. fol. 247. p. 2. Incipit sermo Augustini de Timore domini. Initium: *Multa nobis fratres de timore Domini precepta sunt &c.* T. eod. Sermo CCCXLVII. col. 1340.

IX. fol. 249. Incipit Augustinus de Contemptu mundi. Initium: *Audite fratres karissimi salutiferam patris mei (vestri) doctrinam &c.* Jam pluries indicatus, spurius, rejectusque a Maurianis in T. VI. Append. col. 293.

CCCCXLI.

913 Codex chartaceus lat. boh. Sec. XV. Folior. 212. 4. non una manu exaratus, compilatus est ex his, quae sequuntur: I. *Magister Jacobellus de Communionem.* Initium: *Quod non solum sacerdotes sed etiam layci fideles &c.* Compilatio illa Textuum PP. pro Communionem sub utraque Specie, quae occurrit Codd. variis, ut Index docet.

II. fol. 26. *Serenissimo Principi et domino, domino Sigismundo Romanorum et Vngarie Regi, presenciam scripta Pro communionem*

calicis ex parte Baronum regni Boemie Constanciensi concilio ad dissoluendum presentanda diriguntur. Sunt vero: *Auctoritates ewangelij Doctorum Canonum et ecclesie exorfae a Matth. 26. Cenantibus autem illis accepit ihesus panem &c.* et definentes in locum *J. Wiclefi L. de Symonia c. 1. prope finem: Exod. 12. decernit Dominus utrumque postem hostij &c.* Triarii hi in subsidium excitati videntur ab eodem Jacobello, qui in aliis quoque Scriptis suis partim hic indicatis, partim ab Herm. von der Hardt in *Abis Concil. Const.* editis eos in aciem eduxit.

III. fol. 39. Sermo magistri Jacobelli de purgatorio. Initium: *Ipse autem saluus erit sic tamen quasi per ignem. 1. Cor. 3. Fratres in christo ihesu diligendi, quia in his verbis velamen est positum &c.* Ad Cod. DCCCCLXVIII.

IV. fol. 45. p. 2. Relatio bohémica de Supplicio *Joh. Hussi*, quae incipit: *Znamenaw ze mnozy mnohe vieci &c.* et latine reddita legitur *Opp. Hussi* edit. 1715. T. II. p. 515. f. Discrepat tamen Scriptoris conclusio, qua nobis incipit: *A tak sie skonawa polozenie obmuceni &c.*

V. fol. 54. Similis Relatio latina incipiens: *Item Anno eodem M^o CCCC^o XV^o. feria sexta post Procopij die sexta mensis Julij Nobiles domini Wenceslaus de duba et Johannes de Chlum missi sunt &c.* Et finiens: *testimonium agnate perhibeam veritati Amen.* Re cum praecedente consentit.

L 1 2

VI.

1739

CODICES

1740

VI. fol. 58. Alia Relatio incipiens: *Sabbato ante Marcelli quae erat dies 1 Mens. Junij Nobiles domini Boemice et polonice Nationum obtulerunt cartam seu cedulam Coram deputatis Concilij in Constantia apud fratres minores &c.* Congruit cum *Historia Hussi* praefixa editioni *Opp. supracit.* et quidem a p. ejus 15. usque ad p. 33. ita, ut qui *Historiam* illam contexuit, *Relationem* praesentem prae oculis habuisse videatur. Sunt tamen, in quibus non sola tantum phrasi discrepent. A fol. nobis 78. interjectae sunt *Hussi Epistolae*, prout extant in *Edit. cit.* p. 79. et quidem ab *Epistola XV.* ad *XLII.* hoc uno discrimine, quod *XXIV — XXVI.* sermone nativo *bobemico* repraesententur. Relatis *Epistolis* Scriptor noster fol. 89. p. 2. ait: *omittere se Articulos extractos de libro de Ecclesia et quibusdam alijs tractatibus Johannis hus jam supra scriptos, item Ordinem procedendi in causa magistri Johannis hus a principio inter ipsum et pragen. archiepiscopos (edit. cit. p. 109.) per ipsummet alias consignatum propter brevitatem temporis, resumitque telam narrationis ab his verbis: Cum autem dictus Magister Johannes Hus Constancie staret ad tres ebdomadas cum media &c. quae coincidunt cum Hist. impressae p. 6. in qua desiderantur Articuli extracti ex processu cause contra magistrum Johannem hus sufficienter deducti et probati per testes fide dignos, qui*

Relationi nostrae finem imponunt.

VII. fol. 104. p. 2. *Tractulos subsequentes, de quibus supra fit mencio Magister Johannes Hus compilavit in carceribus apud fraterculos predicatores Constancie positus nullum librum habens in suffragium, ad instantes preces custodum carceris predicti, de quibus custodibus ipse Magister Jo. in fine tractulorum metricae alias versifice facit mencionem. Et hoc Anno Domini M^o CCCC^o XV^o in carnispruio, qui tractuli ex originali manus suae presentibus sunt copiat, et unus de manu eius habetur in memoriam eius. Sunt vero De Matrimonio, de Sacramento Eucharistiae, de Mandatis et Oratione Domini, et de Peccato mortali, ut extant edit. cit. T. I. p. 38.*

VIII. fol. 119. *Joh. Hussi Epistolae IV. sermone bobemico, quae sunt inter latine impressas edit. cit. numero XII. XIII. XI. XIV.*

IX. fol. 124. p. 2. *Excerptum ex Libro cuiusdam medici. De emissionem Urinae et Calculo.*

X. fol. 131. *De electione Episcopi. Initium; Actor. I. legitur, quod sicut suo officio congruebat, diffiniunt (Apostoli) unum debere Jude proditori succedere &c. Compilatio e Richardo Armach. Nic. Lirano, Guil. Occamo, Jure Can. et Legendis SS. de Episcopis a Populo, Clero, Principibus olim electis, quae tandem in hanc Quaestionem definit: Vtrum nunc liceat*

1741

P O L E M I C I.

1742

liceat Communitatibus legi christi quoad illos salutare quatuor articulos adherentibus unum uel plures Episcopos eligere ac instituire absque Romani pontificis ac aliorum Episcoporum consecratione pariter et assensu, qui iura et officia Episcopalia in clero et populo prosequantur consueta. Noti sunt IV. illi Articuli Pragenses anni 1421. Quaestioneque ansam dedisse videtur Sacerdotum in Bohemia sensim deficiens numerus, quod Episcopi Catholici Hussi addictos ordinare nollent. Est vero illa imperfecta; definit enim in argumenta negantia.

XI. fol. 155. *Vtrum inter sacramenta veteris et noue legis ipsa sola noue legis sacramenta in signis sensibilibus instituta sint gratie medicinalis collatiua.* Adfirmatur.

XII. fol. 167. Sermo Magistri Jo. Hus in synodo, et quidem 1407. in die sancti luce, ut notatum ad calcem. Thema: *State succinxi &c.* Initium: *Cum triplex turba christiani exercitus &c.* Ut edit. cit. T. II. p. 47.

XIII. fol. 182. *De varijs modis mortale committendi peccatum.* Incipit: *Peccatum mortale septem modis perpetratur &c.* Item de Distinctione Peccatorum capitulum et minorum.

XIV. fol. 189. *Ad probandum quod Christus sit deus.* Loca Scripturae congesta, additaeque Obsectorum Solutiones.

XV. fol. 201. Sermo adhortatorius ad fumendam duplicem Speciem Eucharisticam. Init: *Pa-*

tres ac fratres &c. In omnibus me defectuosum reperiens contremisco &c. Exordium istud huc translatum est e Sermone Hussi de diligendo Deo, qui extat T. II. Opp. p. 39. eoque absoluto primum incipit Sermo de Sacramento, et quidem ita: *Patres, domini &c.* Si quid in meo ingenio vestra honorabilitas ac discrecio &c. Adhaeret brevis Adhortatio de reuerenter habendo hoc Sacramento, ubi inter alia: *Item si sunt aliqui inter nos hic residentes, qui forsitan essent contra communionem parvulorum, non aduersentur, quia censerentur infideles &c.* Difficile est non indignari Hominibus, qui, dum circa Sacram Caenam quaestiones e quaestionibus subtilissimas iuxta et inutilissimas movendo argutabantur, simul vix verba reperiebant, quibus *supertremendissimum, et diuinissimum, et stupendissimum* hoc Memoriale efferrent.

CCCCXLII.

Codex chartaceus lat. Sec. 905

XV. Folior. 287. 4. non una manu descriptus et ad Bohemiam, fortasse ad Jacobum ipsum de Misa, cujus nomen Thecae posticae intus: *Jacobellus de Misa*, minio adjectum est, pertinens Sequentia exhibet: I. Articulus Sbinconi Archiep. Prag. contra Job. Hussum oblatos, et hujus Responso, quorum initium: *Reuerendissime pater. Ad instantes preces &c.* Ut Cod. CCLI.